

**Heliconis applausum, dum  
vir excellentissimus atque  
præclarissimus dn. m. P...**

Malmbeckius, Israel,

*1 Ic 1690 Hahn, Petrus*



National Library  
of Sweden

HELICONIS APPLAUSUM,

*Dum*  
VIR

*Excellentissimus atque Praclarissimus*

DN. M. PETRUS  
H A H N.

In Regia ad Auram Universitate Scientiæ Natu-  
ralis Professor Ord. celeberrimus, Consistorii ejus-  
dem Adessor gravissimus, unanimiter consentiente  
Senatu Academico, in Templo Cathedrali Anno  
reparatæ salutis per Christum 1690.

d. 26. Junii,

*Fasces Academia susciperet*  
Pectoris lætitiâ tumente Discipuli ad quævis  
paratissimi ediderunt.



Odae Sapphicæ Adonica subiecta.



Ub Polo Fontes placidoque vultu ;  
Vivido tractu saliant & Amnes ;  
Plausibus Campi ; Volucres & Auras

Cantibus implent.

Junius Nympham celebratque ad Auram,  
Quam Chorus sperat sibi nunc Ducemque ;  
Ocius rupes Heliconis addit.

Sidera voto.

Splendeat parto Sale satque succo ;  
Insuper crescat Pietate laudis,  
Floreat , sentes licet , ac amomo,

Cardine pungunt.

Dura quæ frangant, labor & dolores,  
Impigrè sternatque alacri vigore,  
Nevè vulnus dent grave quodque luctu

Angeret altè.

Quorque Parnassi stimuli peracres ?  
Quique pertentant studiumque *peracres* ;

Rivus ut præceps , vario boatu,

Ferre in Abyssum.

Tramites septi vepribusque aduncis,  
Striptum pleni , vigilemque ad auras,  
Sæpè perstringunt, beat atque virtus

Seque colentem.

Indè percellunt, adiguntque tela ,  
Fortiter dextrâ , jaculis recurvis,  
Strenvi bellant homines aperie,

Munere claro.

Corde diffundit, Celeberque RECTOR  
Summe Vir , plausus meritis Minervam,  
Ut DEO gratum, Audiosa Pubes ,

Hocce Brabeum.

Clavibus, Sceptro, Decorisque Lauro,  
Ecquod HAHN PETRI, faveatque Nument  
Ut diu adversus, maneat superstes,  
Hereticosque.



Porrigat suavem sapientis uvam,  
Auferat longè tetricamque amarant.  
Hincce Defunctum, capiant Olympi

Gaudia summa!!

ISRAEL T. MALMBEECHIUS,

Junc: Smol. Reg. Alumn.

**Q**uid imperium sine Rege? Quid exercitus sine Duce? Quid  
Ecclesia sine Pastore? nimirum nihil aliud, quam Cælum si-  
ne Sole aliorumq; siderum luminibus: Si enim cuiq; pro lubi-  
tu degere vitam liceret certe neminem posse inveniri credo, quin  
maxima patraret vitia sceleraq;. Quorum interfuit, optime fece-  
runt, quando non solum in cæteris Regni ordinibus, verum etiam  
in Academicis viros doctissimos Excellentissimosq; constituerant, qui  
illos, quorum animi ac cogitationes honestis literis artibusq; libera-  
libus essent imbueda, informarent & contra omnes oses veneficos  
ut defenderentur operam navarent. Neminem sana mentis credo  
dicere posse, quin Professione, quam Praclarissime atque Excellen-  
tissime Magnifice Dn. Rector à Sacrà Regiâ Majestate, nactus es,  
summâ cum diligentia, honore atq; laude perfundus sis, quare  
jam ut par est, sequitur honos laborem atq; circumgyratâ vicif-  
situdine, ordo eò devolvitur, ut Regii hujus Palladii solenne Re-  
ctoratus munus in humeros alterius transferatur, quod per unum  
annum Admodum Reverendus & Praclarissimus Dominus Mag-  
ANDREAS WANOCCHIUS habuerat. Ut autem annus præterla-  
psus artium amantibus liberalium letissimus, placidissimus & ju-  
cundissimus, totique Pierio choro felicissimus fuit, ita etiam hunc  
diem omnes expectaverunt, desideraverunt expectaveruntque quo sce-  
ptum & imperium Academicum magnâ cum solennitate ac pom-  
pâ in Te Vir Praclarissime derivaretur. O Phosphorus russians!  
O dies serenus! O hora beatissima! Quas Tu Magnifice Dn.  
Rector Amplissimi Senatus Academici suffragio consensu, voto atq;  
applausu hanc spartam cepisti. Quapropter Tibi, Magnifice Dn.  
Rector quamdiu huic officio præfueris, ut clementissimus Deus ab  
alto benedicat, ut tui & Salvi tuâ sub tutelâ vivamus, initium  
felix, Regimen pacificum atque jucundum, ejusq; exitum faustum  
largiatur, ex intimis cordis medullis exopto.

JOH: LILLANDER, Junc: Smol:

Sacr: Reg. Majest. Alumnus

**P**hosphorus ille oriens, ad gaudia commouet  
omnes,  
Tempore & æstatis torpentes excitat herbas,  
Reddit & intenta ut mortalia pectora curis,  
Quæq; solent alias exstare per otia multa.

Sicque duces, homines sperant virtutis amantes,  
Per silvas vastas hic sapius ire sequendo  
Errores animi mores nec non otiosos.

Talia tædia sed bonus ordo pellit amara.  
Tempus adest solitum, studiis solidis peramandum;  
Sceptra ferenda uni, veniunt digno referenda,  
Qui perferre potest curas vigilesque labores;

WANOCHIUS Rector laxatur pondere duro,  
Suscipit ast illud, celeberrimus ille virorum  
Excellens PETRUS HAHN, existat semper amandus!  
Gratulor ergo Tibi, benedicat Numen ab alto!

Sic facile ad nutum feliciter omnia vergant,  
Culmina Palladij en! ascendit nunc tua virtus,  
Mente potest sanâ. Te tali dicere dignam,  
Tum virtute micæ & seruantissimus æqui  
Vive igitur Rector Christo duce & auspice Christo  
Nestoris in annos felix cœlum capias hinc !!!

SVENO HOLMBERG.

*Junc: Smol:*

